



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 76. Variæ vicissitudines in Regno Angliæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

§. LXXVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

*Variæ vicissitudines in Regno
Angliæ.*

Quamquam Jacobus Angliæ Rex sese *Annal. Jacob. I.* p. 7.
Catholicis minus propitium exhibebat, Aulæ tamen Ministri his magis quam Puritanis favebant; hos enim tanquam Regis ac Monarchici Regimini hostes abominabantur, illos vero unice intentos credebant, ut Regis voluntati in omnibus obsecundarent. Eapropter Puritanorum non pauci, ut continuas vexationes effugerent, in America sedem figere decreverant. Vocabantur hi quidem Puritani, re tamen ipsa varias profitebantur sectas schismaticas; nomen enim *Puritani*, quicquid in aliis sectis vel boni vel mali erat, complectitur, quocirca vere ac proprio nomine dividi possunt *in Puritanos scurras, & scurriles Puritanos* (*): Quoniam vero timendum esset, ne austis horum familiis hæc secta in America invalesceret, hinc Rex illos eo migrare vetuit. Eodem quoque anno Catholici jacturam deplorabant Nor-
tantoniæ Comitis, qui, postquam tru-
cidato

Bb 3

(*) Ita loquitur author Annalium Jacobi I.
L. c. relatus a Rapino de Toyras.

Sæc. XVII. cidato Overburio in gratia Roberti Car.
A. C. 1614. ri Sommerseti Comitis successerat, hu-
jus clientis auctoritatem in favorem
Catholicorum vertebat. Hic enim,
quamdiu apud Regem gratia valebat,
semper Catholicos pro viribus protege-
bat, cum vero insuper Sommerseti re-
gii Clientis animum sibi devinctum ha-
beret, & quinque Portuum Guberna-
tor creatus esset, Sacerdotibus Catho-
licis ac Jesuitis securam illuc appel-
lendi facultatem concederat, unde ob-
ingentem eorum, qui in Angliam ve-
nerant, numerum, querendi, culpam-
que in Nortantoniae Comitem rejiciendi
ansam Calvinistæ sumperserunt, quorum
tamen ora Comes obturabat, poenis
lege *de scandalis Magnatum* (*) statutis
in petulantiores animadvertisens: Ma-
gis tamen Comiti infensum sese exhibe-
bat Cantuariensis Pseudo-Archiepisco-
pus, qui omnes moderationis leges
prætergressus, coram Rege epistolam
produxit a præfato Comite ad Bellar-
minum Cardinalem scriptam, in qua
is profitebatur, quod temporum ini-
quitate, ac importunitate Regis de-
victus,

(*) Hæc lex in Anglia fuit statuta, ut re-
verentia Proceribus debita sarta servaretur,
indictis severis poenis in eos, qui in eos pro-
bra ingerere non reformidarent.

victus, exterius quidem Protestantum Sæc. XVII.
 sectæ adhæreret, animo tamen con- A. C. 1614.
 stanter Catholicam coleret Religionem,
 semperque Orthodoxis favere paratus
 esset. Habita hujus epistolæ notitia
 omnes, qui de maledictis in Comitem
 congestis antea accusati fuerant, liberi
 dimittebantur, Comes vero a Rege a-
 criter hac super re objurgatus, Cha-
 ringium ad villam suam emigrare com-
 pulsus est, ubi etiam paulopost obiit, in
 testamenti sui tabulis declarans, quod
 semper in Religione Catholica vixerit,
 atque etiam in ea mori cupiat.

Nec tamen amandato hoc Catholi-
 corum fautorē Rex majore fruebatur
 quiete, populo ac præcipue Puritanis
 in publicas contra ejus profusionem
 querimonias erumpentibus. Cum e-
 nim Rex ad extorquendas pecunias jam
 omnes fontes exhaussisset, nec tamen
 pro impetrandis novis subsidiis Curias,
 ut moris erat, convocare auderet, eo-
 quod præcipue Ordo plebeius, seu *Cu-
 ria communis* ac inferior, ut vocari so-
 let, in ejusmodi Conventibus libere
 suas querelas proponere, ac ipsius Re-
 gis, suorumque Ministrorum gesta di-
 scutere haud dubitaret, hinc Rex par-
 tim aulæ officia vendere, novaque pe-
 cunias corradendi media excogitare co-
 gebatur: quoniam vero omnes hæ ar-

Sec. XVII. tes ad levandam Regis necessitatem
A. C. 1614. haud sufficerent, invitus licet, urgen-
tibus tamen Sommerseto Comite, &
supremo Regni Thesaurario ad diem
primam Aprilis ejusmodi comitia indi-
xit, inferioris Curiæ Deputatis expo-
nens, quod pro filiæ suæ nuptiis prius
in certam pecuniæ summam consenti-
rent, postea nationis gravamina discu-
tere permitterentur. Verum hi præ-
primis, quomodo Regni redditus fue-
rint impensi, disquiri petebant, Regem
fugillantes, quod inutiles fecisset ex-
pensas, absque Senatus consensu pe-
cuniarum exactiones indixisset, mono-
polia non sine magno commercii dam-
no exerceri, ac Catholicorum nume-
rum indies augeri permisisset, quos
ideo tantopere multiplicatos ajebant,
eoquod Rex Papistas ad suum Senatum
admisisset, & cum exteris Catholicis-
que Principibus negotiations habui-
set, eo sub obtentu, ut nuptias inter
utrumque suum Filium, & Catholicas
Principum filias conciliaret: Hæc De-
putatorum libertas Regi summopere
displacuit, magis tamen ejus Aulicis,
qui assentationibus affueti, Jacobum
velut sui ævi Salomonem, sapientissi-
mum, prudentissimum, omniumque
Regum æquisstimum deprædicabant,
eumque ad vindicandam hanc injuriam
inci-

incitantes, eo inclinabant, ut die sep- Sæc. XVII.
tima Junii Curiam inferiorem exaufto- A. C. 1614.
raret, eosque, qui liberius obstrepe-
bant, in carceres deduci juberet. Hic
denique fuit finis hujus conventus, in
quo nec unicum quidem decretum pro
utilitate publica fuit sancitum.

§. LXXVII.

Variæ decisiones auctoritate Pauli V.

Pontificis editæ.

Ineunte hoc anno die decima quarta Ja- *Bullar.*
nuarii summus Pontifex edito diplo- *magn. tom.*
mate Congregationem Clericorum Sæc. 3. *Conf. 81.*
cularium sub invocatione Beatæ Matris
Dei erexit, eique scholarum piarum
Regimen ubique ac perpetuo jure de-
mandavit, eo fine, ut ab eis paupe-
res, etiam Nobilium filii, quorum fa-
miliæ ad inopiam redactæ sunt, gratis
in literis & virtutum exercitiis institu-
antur. Præterea auctoritate ejusdem *S. Rituum*
summi Pontificis Sacra Rituum Congre- *& Concil.*
gatio die decima nona ejusdem Mensis *Congreg.*
declarabat, quod solus Episcopus pos-
sit habere fenestras in Ecclesia, per
quas in eam conspectus haberi valeat.
Sequentis autem Mensis die decima
quinta in Congregatione Episcoporum *Congreg.*
& Regularium fuit sancitum, quod Vi- *Episcop. in*
carius Apostolicus non possit functiones *Catalen.*

B b 5

Epi-